Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

inimicus mis sup me. In conspectu.
Manus tue dñe fecerunt
me. et plasmauerunt
me totum in circuitu: et sic re
pente precipitas me? Memento
quesso quod sicut lutum fecis
me: et in pulverem reduces me.
Nonne sicut lac mulsisti me?
et sicut caseum me coagulasti?
Pelle et carne vestisti me? os
sibus et nervis compegisti me.
Vitam et misericordiam tribuisti mi
hi: et visitacio tua custodivit
spm meum. Em. Memento qso
domine quod sicut lutum fecisti
me et in pulverem reduces me. nõ
ne sicut lac mulsisti me et sicut
caseum me coagulasti pelle et car
ne vestisti me ossibus et nervis
compegisti me. ℣ Vitam et misericor
diam tribuisti mihi et visitacio tua custo
divit spm meum. Nonne. A. In
Omis tegit me / loco pas
cue nichil michi deerit:
in loco pascue ibi me collocavit.
Super aquam refectionis e
ducavit me: animam meam con
vertit. Deduxit me super semi
tas iusticie: pter nom suum.
Nam et si ambulavero in me
dio umbre mortis: non timebo
mala quoniam tu mecum es. Vir
ga tua et baculus tuus: ipsa
me consolata sunt. Parasti
in conspectu meo mensam: ad
versus eos qui tribulant me.
Inpinguasti in oleo caput
meum: et calix meus inebrians
quam preclarus est. Et misericordia
tua subsequetur me: omnibus
diebus vite mee. Et ut in
habitem in domo dñi: in longi
tudine dierum. Ant. In loco
pascue ibi me collocavit. A. De
Ad te dñe levavi animam
meam: deus meus
in te confido non erubescam.
Neque irrideant me inimi
ci mei: etenim universi qui sus
tinent te non confundentur.
Confundantur omnes qui
qua agentes super vacue.
Vias tuas domine demon
stra mihi: et semitas tuas doce
me. Dirige me in veritate
tua et doce me: quia tu es deus
salvator meus: et te sustinui
tota die. Reminiscere miserationum tuarum dñe et misericordiarum
tuarum: que a seculo sunt.